



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 127. Navarræ Regis adventus ad Aulam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

pit, illam vero Anetum ad prædium su- Sæcul. XVI.  
um, quod non ita pridem plene con- A.C. 1559.  
struxerat, exulatum abire jussit: quin-  
imo cum illam re ipsa tanquam æmu-  
lam suam, quæ Mariti sui cor abstule-  
rat, sustinere haud posset, jamjam in  
eo erat, ut omnem odii sui rabiem in  
eam effunderet: cum autem rerum sua-  
rum rationi præteritæ æmulationis fu-  
rorem ac præsentis indignationis testifi-  
cationem obesse cerneret, iræ suæ tem-  
perans Ducissam duntaxat ex aula ex-  
cedere voluit: ast illa hoc adversæ for-  
tunæ casu adeo non terrebatur, ut eti-  
am Reginæ prædium suum *Chenon-* *Chenonceaux*  
*co* dictum, quod inter urbes eidem  
ex defuncti Mariti sui bonis reliquias me-  
diū tenebat, offerret, quod etiam mu-  
nus Regina grataanter acceptans eidem  
vicissim Calvimonianam ditionem ad Li-  
gerim donabat.

## §. CXXVII.

*Navarræ Regis adventus ad aulam.*

**A**dhucdum in aula morabantur Navar-  
ræ Rex, ac Condæus Princeps,  
quos Guisii pariter inde expellere totis  
viribus nitebantur, ut ipsi soli pro sum-  
mo Imperio Regnum administrare pos-  
sent: Navarræ tamen Rex in Gallias  
eo tempore advenerat, quo aula in op-  
pido S. Germani in Laia habitabat,  
Rex

Sæcul. XVI. Rex vero venationi intentus erat: do-  
A.C. 1559. nec vero inde reverteretur, Navarren-  
 sis ambas Reginas salutatum ibat, &  
 postea Cardinalem Lotharingium invi-  
 sebat, quam rem Calvini Sectatores æ-  
 gerrime ferebant, veriti, ne officiosa  
 hac comitate horum hæreticorum ho-  
 stes sibi devincire satageret: verum æ-  
 cius adhuc in eum excandescebant,  
 dum eis nuntiatum fuerat, quod Na-  
 varræ Rex, postquam Franciscum II. a  
 venationibus reducem salutaverat, Gui-  
 sium quoque Ducem visum ivisset: ab  
 eo igitur temporis articulo Navarren-  
 sem spernere cæperant tanquam virum,  
 in quo nullum eis præsidium ultra repo-  
 situm esset. Interea Franciscus Regem  
 perbenigne exceptit, eidem tamen per-  
 inde, acsi ejus postulata præverttere vel-  
 let, significabat, quod Regni admini-  
 strationem haud sperare posset, cum ea  
 jamjam Guisio Duci, & Cardinali Lo-  
 tharingio ejus fratri, utpote Reginæ  
 Avunculis commissa foret: eidem ta-  
 men Rex pollicitus est, quod ipsi sem-  
 per favere velit, quantum ejus dignitas,  
 virtus, ac sanguinis propinquitas depo-  
 sceret: Attamen insuperhabitibus specio-  
 sis hisce amicitiae significationibus Au-  
 lici eo intenti erant, ut Navarræ Re-  
 gem aula excluderent.

§. CXXVIII.